



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De timoru[m] Distinctione. D. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Ad Heb. 5. c. Ad quod dicimus, auctoritatum præmissarum quæ videtur repugnantiam dirimentes, quod septem illa dona & in angelis modo sunt, & in animabus sanctis feliciter viuētib; & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos vsus, siue hæc officia quæ nunc habent. verbi gratia. Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus, & ne separemur ab eo: facit etiam nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri, quādo non timebimus separari vel offendere. Nō ergo merus separationis vel offensionis nunc est in angelis, vel in animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia, quæ est mixta cum subiectione dilectionis: quæ etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in Epistola ad Hæbræos loquens de Christo. Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum effectum, timorem in Christo & in angelis tantū esse contēdunt.

Plena timorum distinctio.

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est, quatuor esse timores, sc. mundanum siue humanum, seruilem, initialem, castum vel filialem siue amicabilem. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cum mundo deseritur: quem Dñs prohibet in Euangelio dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Timor autem seruilis est, ut ait Aug. cum per timorē gehennæ continet se homo à peccato, quo præsentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit, nō timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor & utilis, licet insufficientis: per quem sicut paulatim cōsuetudo

Cassiodo ad principium. Psalm. 127.

Matt. 10. c. Luca 26. a Au. ad vers. primum Psalm. 127.

hunc. Beati Ege. to. 8. Ibidem paulo inferius.

quando iustitiæ, & succedit initialis timor, quando incipit, quod durum erat amari, & sicut incipit excludi seruilis timor à charitate, succedit deinde timor castus siue amicabile: quo timemus ne spōsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est utilis, sed non permanens in æternum, & iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collectio prædictorum. E

Et attende, quod quatuor hic distinguuntur timores cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit: & nomine seruilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit, sc. seruillem & initialem. Amicabilem vero castum dixit. Aug. quoq; seruillem & castum timorem aperte discernit, dum Epistolæ ad Romanos illum locum exposuit. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei: ita dicens. Duo timores insinuatur hic: vnus qui est in perfecta charitate, sc. timor castus: alter qui non est in charitate, scil. seruilis in quo quamuis Deo credatur, non tamen in Deum: etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo n. inuitus benefacit, etiã si bonum est, quod facit. *De casto & seruili plenius agit, tangens interdum de initiali.* F

De his eisdem timoribus latius disputat Aug. dicens, Cœpit aliquis credere diē iudicii, si cœpit credere cœpit & timere, sed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicii: nondum est enim in illo perfecta charitas, sed si perfecta in illo esset charitas non timeret: perfecta. n. charitas faceret perfectam iustitiã, & nondum haberet unde timeret: imo haberet quare desideraret vt trãseat iniquitas, & veniat regnũ Dei: ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? Non inchoata. In qua ergo? imperfecta, perfecta ergo charitas foras mittit timorẽ, ergo incipiat timor, quia in initium sapietie timor Dñi. Timor

T t 2 enim

*Rom. 8. c.
Aug. lib. cõ-
fessionum
l. c. in princ.
ca. 11. in t. v.*

*Tract. 9. ad
Illud in 107.
4. in hoc per-
fecta est di-
lectio.
Tomo 9.*

*Ibi. ad illud.
Timor non
est in chari-
tate.*